

cet, ipsius equum curabit. Tibi commendo Schlauderspachium & te hortor amanter, fac, ut naturæ illius ratio habeatur, ne quid triste subsequatur. Succurrendum est in tempore & re & ἀμυνεῖα: ut aliquando sit usui. Magnifico D. Parenti tuo, D. Feure-ro, D. Nutzelio & Rev. Dürnhofero christianam salutem precor. Vale feliciter cum tuis omnibus. Postridie Calend. Martii 1586.

P. S. Vix credas, quam egregia ingenia Basileam nunc respiciant, & reditum meum præstolentur. Et multos invitat disciplina & tranquillitas Academiæ. Ego tamen & ab optimo Principe & a D. Consiliariis ægre avelli possum.

EPISTOLA XLIV.

S Mitto D. Baumgartnero (a) & Vobis
 Acta Mombelgardensia: (b) quæ Berna
 huc

(a) Hieronymo. Hier filio, Duumviro primario & præturæ Imperialis administratori splendidissimo. De patre D. Joh. Fechtius. Supplem. H. E. Sec. XVI. p. 174. quædam habet. Nostri laudationem funebrem suscepit Scipio Gentilis in Oratione Alt. habita 1602.

(b) edita Jenæ & Tubingæ 1587. Ceterum colloquium hoc institutum est 1586. auspiciis ducis
 Würz